

Genealogia  
Italiae & Hispaniae

CORPUS  
HISTORIÆ GENEALOGICÆ  
ITALIAE  
*ET*  
HISPAÑIAE  
in quo  
STIRPIUM UTRIUSQUE REGNI PRIMA.  
RIARUM  
GENEALOGIÆ  
EXEGESI HISTORICA PERPETUA  
illustrata  
Ordine Alphabetico  
exhibitatur  
cum  
IN SIGNIUM ICONIBUS  
Indicibus necessariis.

Recensente

JACOBO WILHELMO IMHOEF.

NORIMBERGÆ,

Sumptibus JOHANNIS HOFFMANNI Vid. & ENGELBERTI STRECKII,  
Bibliopol.  
Typis JOHANNIS ERNESTI ADELBÜLNERI. Ad. 1702.

# TABU FAMILIA AIERBI

LA VI.  
ENSIS DE

13.

**PETRUS DE ARAGONIA**, Jacobi I. Regis Aragon. ex Theresia Vidauria F. Dom. de AIERBE.

14.

1. Petrus Dom. de Aierbe, ditione exoris à Petro III. Rege.  
Ux. 1. *Maria de Luna*. 2. *Violanta Lascara Vintimilia*, *Wilhelmi C. de Vintimilia f.*

15.

2. Constantia. 2. Maria uxor Petri Cornel.

16.

*Garfias d'Aierbe*, Dn. de Paterno. *Marquesia Martini de Bineis f.*

17.

*Sancius Dn. de Paterno*. *Marta Petri Jordani de Urrias f.*

18.

*Garfias d'Aierbe* † *sacerdos* Johannes Dom. de Paterno. Ux. *Leonora de Caballeria*, *Petri f.*  
Romz.

1. *Jacobus Dom. de L.*  
Dn. *N. Monaca*.

*Violante esp. Major*

*Eusebio d'Aierbe*, D.  
Dina al. Blanca, su

*Alfonso Dn. Alvaro Co-*  
*medellinianus*, 1. *Eliz-*  
*zabala*.

*Johannes de Aierba*

19.

Johannes Sancius, Petrus de Aierbe, Cesaran-  
guista habit. *Jabella de Gout-*  
*tan; à quibus progenies.* Johannes de Aierbe, Philippus,  
† inf. Neapoli. Ferdinandus † ante pa-  
trem. *Laura Sifca*,  
*Pauli Com. de Aiello f.*

20.

Johanna nup. 1. *Ognorio Cas-*  
*celino*, 2. *Alfonso Cr-*  
*spina*. Victoria, nup. 1. *Hie-*  
*ronymo Colonna*. 2.  
*Eugenio Morthile*. Michael Comes II. de Simari, ux. 1. *Camilla Spinella*,  
*Caroli Com. Seminari*, f. 2. *Julia Sifca Antonis C.*  
*Aiello f.* 3. *Marina Borgia*, *Godofredi Pr. de Squil-*  
*lace f.*

21.

Alfonso III. Comes de Simari, March. de Grot-  
teria 1583. *Dianera de Guebara*, *Caroli C. de Po-*  
*tenza f.* Ferdinandus Franciscus. Celsus de Aierbo.

*Hieronymus de Aie*

22.

Michael, † antepatrem. Indicus II. March. de Grotteria,  
† improl. Isabella Concubilla Jo. Fran- Petruss III. March. de Grot- Hippolyta, nup. 1. *Andrea*  
cisco M. Arana f. teria. *Johanna Joppolo*, *Messanen-* *Staiti*, *Messanensi*, 2. *Fran-*  
sis. *Franciscus.* *Celsus de Aierbo.*  
*ceco de Spes Dem. Bobini*.

1. *Hieronymus*, 2.  
*Isabel, Concha Com-*  
*Messanensi*.

23.

Vincentiur, Franciscus Gaspar VI. March. Grotteri, Dianora ux. Francisea, nup. 1. *Jaco-*  
M. I V. de M. V. Grot- Princeps I. Caffani. Marii de Aierbe & Ara- bu Grifont M. de Cenque- Vener-  
ter, † improl. teria. *Johanna Joppolo*, *Messanen-* frondi, 2. *Francisco* da Saracina.  
improl. *Emilia f.* *Emilia f.* *Pescara D.*

*Francisco de Aie*  
*Johannes de Aierbi*

24.

Petrus † antepa- Filibertus de Aierbe & Aragon. II. Princ. Carolus. Joffredus. Catharina, ux. *Jacobi de*  
ter. de Cassano, Dux de Alessano, Dn. de A- Aquino, *Pr. de Crucolt*.  
*Laura Guarino*, *Duchissa d' Alessano*, *Emi-*  
*lia f.*

1. *Johanna*, nup. 1.  
2. *Donna Pr. Cefal*

25.

Josephus de Aierbe & Aragon. III. Pr. de Cassano; Dux de Alessano &c. † 1698.  
*Catharina Tribultia*, *Herculus Theodori Pr. Miforti f.* *dieda 1673.*

Nicolaus Michael de Aierbe Felix. Eq. Hercules. Filibertus. Emilius. Sanctia ux. Ma-  
& Arag. IV. Pr. de Cassano, Melis. *rini Caracciolo*  
Dux de Alessano. *M. de S. Eramo*.

## LA VI.

## ENSIS DE ARAGONIA.

Uxor 1. Aldoncia de Cervera.

13.

2. Philippa Accrociamuro, N. Com. de Celano, f.

1. Jacobus, Dom. de Liso, Brancavilla, Valderasla & Paternoi.  
Ux. N. Moncada.

14.

Michael de Aierbe Dom. de Paternoi.  
Maria Sancia.

15.

Violanta nup. Majorasco ex domo Pemar.

16.

Sancius d'Aierbo, Dom. de Sitnari in Calabria.  
Diana al. Blanca, Sanz.

18.

Alfoncus Dn. dein Co-  
mes de Simarien. 1519.  
Johanna Ruffa.

Michael.

Camil-  
lus.

Marlus.

Sancius Epi-  
scop. Termi-  
nens.Maria ux. Andreus  
de Capua D. Ter-  
moli.Diana nup. He-  
ctor Pappacoda  
Dom. de Larino.Johannes de Aierbo. Petrus de Aierbo.  
Sancius de Aierbo.  
Zenobia Dentice.

19.

Hieronymus de Aierbo &amp; Aragonia.

21.

1. Hieronymus ux. Job.  
Bapt. Carafa Com. de  
Montecalvo.2. Andreas de Aierbo  
& Aragon.Hippolyta,  
monialis.Marius de Aierbo & Aragon.  
Dianora de Aierbo & Aragon. Petri M. de Grot-  
teria f.

22.

Franciscus de Aierbo & Aragonia.  
Johanna de Aierbo & Arag. Casparis I. Princ. Caffanis.

Jacobus de Aierbo. &amp; Aragonia.

23.

Johanna, nup. 1. Franciscus de Aierbo & Aragonia,  
2. Brancia Pr. Casalis majoris & March. de Larino.

24.

adornaret, ut Castellæ Regiæ honori inserviret, ad castrum Gratiæ Munitionis, id oppido nomen est, vitæ per fungitur, & in sacello regio Ecclesia Cordubensis post Alfonsum Regem se humari jubet. Exericæ illustris gloria magnorum in patriam meritorum constanti fama per vagata est. Sanctum & Jo. Alfonsum atque Henricum filios ex injusto connubio reliquit. Ex eo Exericarum regia familia deficere cœpit. Cœcrum nec sequioris sexus prole, eaque è legitimo fortassis toro suscepit; Petrum caruissile, ex eodem liquet opere, ubi sequentia ad an. 1355, notata leguntur, jam equidem superius incitorata: *Antonius Aragonius, Ludovici Siciliae Regi filius notus, Beatricem, Petri Exericæ natu maximam filiam in matrimonium duxit; sed successionis Exericiensium ditionum spes eum frustrata est;* atque cum ea Exericensem stirpem emarcuisse Jo. Bapt. Lavania in Notis ad Nobilium Petri Comitis refert. (4)

Præter Vidauriam alias quoque fœminas adamavit Jacobus I. Rex, earumque consuetudine usus est; emitiebat inter eas Berengaria; Alfonsi Domini Molinae filia, regio Castellensi sanguine cræta; quam Rex et si habuit carissimam, nullos tamen ex ea filios procreavit, sicut Bern. Gomesius (5) testatur. Confundi ista solet ab aliis scriptoribus cum Berengaria Fernandi dicta, è qua Rex Petrum Fernandum Ixariensi stirpis fatorém nec non Berengariam sustulit. Aldoncia Antillonia quoque in numero amicarum Jacobi I. Regis fuit, Sancii Divitis hominis in Aragonia gnata. Ex illa Ferdinandus Sanctius natus est, tum & Sanctius, Archiépiscopus Toletanus, uti Gomesius literis prodidit, quem è contra Blanca legitimis è Jolanta regina liberis annumerat. FERDINANDUS SANCTIUS Castrensi ditione in Aragonia à genitore donatus atque an. 1261. una cum Guilielmo Torellia in Siciliam missus est, ut iis arbitris nuptiæ Constantiæ, Manfredi Regis filiae, sancirentur, & nupium ad se regio comitatū dederent. (6) Mortem patre adhuc superstite obiit violentam, quādī Indicēs Rer. Aragon. in hunc modum referunt: Petrus Regis F. patris imperio adversus Ferdinandum fratrem & proceres tumultuantes bellum gerit. Cum Ferdinandus animo præruptus & præceps, earum seditionum præcipius stimulator, & concitator esset, & mobilitate & levitate animi novis rebus studeret, neque induciarum, eis per scelus violatis, jura servarentur, à fratre in Poniarium castellum inclusus, cum commutata persona eripere se niteretur, ex infideli capitur. Petrus in fratrem gravius statuens pæna postrema desperationis atque amentiae constituta, in Cingam annem demergi imperat: Oppida atque arcis omnes Ferdinandiane Petro deduntur. Ferdinandus ex Aldoncia Irrea uxore Philippum Ferdinandum reliquit, qui paternam hæreditatem redditam atque restitutam postea adiit. Idem ditionem Peralensem, Balbastrō contiguam, ductam in matrimonium unica familie istius hærede, acquisivit, sed unicæ quoque tantum gnatae pater factus est; que Castrensem & Peralensem ditionem Philippo Saluciensi, cui nuptiæ data est, attulit. Hunc Thomæ Marchionis Saluciaram filium; fuisse Filib. Augnos tradit, (7) nepotem vero Manfredi Marchionis, cuius uxor Beatrix Sabauda, illo viduata, Manfredo Siciliae Regi secundis nuptiis juncta fuit; eique Constantiam, Petri III. R. Aragon. conjugem peperit. Philippo Saluciensi & Aldoncia de Castro & Peralta natus est, præter Constantiam; Petro Arboreæ nuptiæ, Raimundus Peralta & Castrum Dominus, idemque in Sicilia Calatabellota Comes, pater Philippi & Guilhelmi Raimundi; ex quibus posterior patri in Siculam ditionem succedit; prior in Aragonicas. Hujus aut gnatus aut nepos fuit alius Philippus Castrum & Peralta Dominus; quian. 1366. Johannam Henrici II. Regis Castellæ sororem, tunc viduam; uxorem accepit, & Parietensi ditione à dicto Rege affinc in Vacceis donatus an. 1371. ab oppidanis rusticis hominibus, ejus imperium detrectantibus, imperfectus est, Leonora filia relicta. (8)

## AD TAB. VI. STIRP. ARAGON.

**A**jerbiensis familia genealogiam scripsit Johannes Sobrarius secundus Alcagnicensis, ex qua insignem pericopen recensuit Caspar Scippus in opulculo de Aragonie Regum origine & posteritate, Caspari Ajerbiensi de Aragonia Princepi Caflani nuncupato, Carolus de Lellis deinde egregii de familiis Nobilibus Neapolitanis operis sui Tomo I. auctiorem dedit. PETRUS stirpis fatorum à Rege genitore Ajerbio, Lusia, Abuero, Liso, Erratso, Castellone, Siestico, Borota, Azuere, Cabairajis & Binimiena Oppidis arcibusque donatus fuisse in Indicibus Rer. Aragon. legitur; et ditiones auctæ illi sunt arcibus & villis in Catalonia ab Aldoncia Cerveria in dotem ipsi allatis. Natu major ejus filius in Ajerbiensi ditionem successit, & primò duxit Mariam Ferdinandi de Luna, quam multo postea

(a) De vita Jac. R. Lib. ult. (4) Ind. Rer. Arag. (4) pag. 419.

(5) Theat. General. Sicil. Tom. III. p. 82. (7) Ind. Rer. Arag. Lib. III.


AD TAB. VI.

pter teneram nimis etatem repudiavit, ac secundis nuptiis junxit sibi *Violantam Lascarem*, filiam Guilelmi Comitis Vintimiliensis & Irenes gnatæ Theodori Lascaris Imperatoris Constantinopolitani; postea vero Ecclesæ autoritate cum hac secunda uxore divortium fecit, quod prior adhuc in vivis esset; filias tamen ex illa suscepas declaravit legitimas.

MICHAELM, Jacobi F. à patrui sui Petri Ajerbii Domini successione arcuit Petrus IV. Rex Aragonum, Ajerbio in fiscum redacto, quod iste Infanti Ferdinando Dertofæ Marchio-ni in bello pro regni unione adversus ipsum Petrum Regem gesto adhæsset; qui tamen deinde Ajerbensem Barohatum eidem Ferdinandu donavit, isque eum mox vendidit Petru Jordano de Urrias, cuius postea filiam *Sancius*, Michaelis nepos in matrimonium duxit. Coeterum Michael quamvis oppidum Ajerbensem translatum fuerit in aliud genus, ipse tamen ejus posteri semper in eodem habuerunt ædes, & possedit ille in illo districtu bona aliqua, que ex paterna hereditate ad eum devenerunt & aliqua oppida, scilicet *Liso Branlanilla, Vanderassal & Paternos*; atque hujus appellatus est Dominus ipse, & ejus successores. Sancius, de quo jam dictum est, filios ex *Mari a Urriaspia* tres genuit, *Garciam*, Sacerdotio dedicatum & Romæ mortuum, *Johannem*, patrem aliquot liberiorum inter quos *Petrus Cæsar Augusta* habitavit, propaginemque Carolo de Lellis referente illius prolevit, & *Sancium*. Hic cum Rege Alfonso profectus est Neapolim, & Simerium Calabriæ oppidum acquisivit, idque ad posteros transmisit, qui novos subinde honores amplissimasque opes in regno Neapolitano sibi pepererunt: quippe gnatum ejus ALPHONSUM Comitis dignatione mactum fuisse legimus, hujusque nepos cognominis Marchio Grotteria faetus est; quo satus *Petrus* genuit CASPAREM, Principis Callant titulo auctum. Hujus filius PHILIBERTUS Alexanum, Ducatus axiome insigne, jure uxorio obtinuit; illo avisusque honoribus in præsentia eminet NICOLAUS MICHAEL, eujus summa virtus, summa iningenium, summaque humanitas summam venerationem inerentur.

AD TAB. VII. STIRP. ARAG.

PETRUM Fernandez Jacobus I. Rex Aragonie Baronia Ixarense in Aragonia regno dicitur, unde familia, quam condidit, cujusque primariam propaginem, ex *Lud. Salazari Historia genealogica domus Silvanae* excerptam, Tab. VII. recensuimus, nomen perpetuum ortum est. Magna fuit illius dignatio, regnabitibus Alfonso & Jacobo II. utpote in republica maximis gravissimisque causis cogniti & imprimis probati. Uxor ejus posterior Marchesia, regio Navarrensi sanguine creta religioni dedita fuisse celebratur, qua per sua cœnobium Cæsar Augusta ad Iberiam ripas, S. Nicolai templo continentem construendum, exadficandumque curavit, & sanctimonialibus Ordinis Hierosolymitanorum sepulcri dedicavit, sicut in *Indic. Rer. Arag.* ad an. 1317. legitur. In ejusdem Marchesia honorem que ac in ostentationem duplicitis regiae originis ejus filium *Navarrensa insignia* cum Aragonicis in uno eodemque scuto conjuncta gestare coepisse, verisimile est. Is, gnatus nempe Marchesia patri cognominis, in Almariensi adversus Mauros bello, quod eis a Jacobo II. an. 1309. illatum est, & sacrum vocatur, nomine Regis Aragonii Ecclesie in exercitu signifer & Princeps audiisse in citatis modò fidicibus notatus est. Hoc natus ALFONSUS in numero procerum fuit, quos Alfonso IV. Rex Aragon. cum in maxima celebritate Cæsar Augusta d. III. Non. Apt. an. 1328. inauguraretur militari auctoramento, honoribusque præmiis & summo splendore decoravit. Alfonsi filius PETRUS cum initio in civili dissensione, quæ regnante Petro IV. exarsit, optimarum esset partium, & cum aliis proceribus adversus Jacobum Regis frarrem ad liberandam reipubl. in societatem coi-sset, postea in Valentina seditione Ferdinandi, alterius regij frarris, M. Dertuse, partibus se applicuit, sed in pugna ad Epilam ari. 1248. commissa captus est, & in Castellaniorum manus lapsus LXXXM solidorum pecunia calamitatem redimere necesse habuit. De ALFONSO, Petri F. hac referunt sèpè memorati Indicos ad an. 1398. *Alfonsus Ferdinandus Ixeritanus & Johannes Martinus Luna Aragoni proceres facti onibus partium inter se dissidentes maximas turbas faciunt*. Eo natus JOHANNES legationem apud Sigismundum Imperatorem an. 1414. obiit, viri Marianæ Judicio, omnibus corporis & animi litterarum, prudentiæque ornamenti ea tempestate clarissimus. Filium ejus cognominem Rex Johannes II. Comitem Aliage creavit, Ferdinandus Catholicus autem *Ducis* titulo auctoritatem, Ixariensi Baronatu in Ducatum evecto. Eidera Regi LUDOVICUS, Johannis F. Comitatum Belchitensem iu acceptis tulit; atque hoc titulo posteri ejus frequentius usi sunt quam Ducali Ixeritano. quem Philippus II. Rex JOHANNI FRANCISCO CHRISTOPHORO renovavit, in quo virilis Dominorum & Ducum Ixeritanorum Aragonica stirps exaruit, transferuntque omnes ejus ditiones ac facultates avita pariter & adventitiae matrimoniali via in Silvanam familiam.



Familia P  
presentat  
ris distinc  
tialem ve  
teato suo  
ideam in  
tione mactus; illis riara  
postinitam cum Alexand  
ro III. Marchionis Fer  
raria d' Oro inscriptis.